

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Adulacio as  
cum uariis

A turba quantum potes te separa ne adulatoribus latus prebeas. Artifices sunt ad capiendos superiores; par illis eciam, si bene caueris, non eris. Sed, michi crede, si capiaris, ipse te trades. Habent hoc in se naturaliter blandicie; eciam cum reiciuntur placent. Sepe excludere nouissime recipiuntur. Hoc enim ipsum imputant quod repellunt et subici quidem nec contumelia possunt.

Seneca de Tusculanis questionibus libro VIII.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Adulacio as] Adulatio ap P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>, Adulatio ar L<sup>2</sup>; capiendos] capiendum M; capieris] capiaris L<sup>2</sup>; nouissime] placent *add. (del. intra)* B